

Lunae (XI 1562 descr. Carolus Promis). — 1) Fortasse Numantina, uxor Plautii Silvani praetoris a. 24 et ab hoc repudiata (Tac. a. 4, 22), quae postea potest nupsisse Sex. Appuleio cos. a. p. Chr. 44 (Borghesi opp. 5 p. 509).

936 L. Livio L. f. Ocellae<sup>1</sup> | q.<sup>2</sup>, | Segobrigenses.

L. Livio L. f. Ocellae | Sussetanei.<sup>3</sup>

Romae (VI 1446 semel vel bis saec. XVI descripta). — 1) Fortasse pater Liviae Ocellinae, novercae imp. Galbae (Suet. Galb. 4; cf. Borghesi opp. 5 p. 448, Mommsen Herm. 5 p. 65 n. 2). — 2) Quaestori. — 3) Idem sine dubio Suessetanei sunt memorati a Livio 23, 54, 6, 28, 24, 4, 34, 20, 1, 59, 42, 1.

937 M.' Vibio M.' f. | Vel. Balbino | tr. mil., pr. fabr.<sup>1</sup>, pr. | eq.<sup>2</sup>, q.,  
aed. pl., praet. | aerari, leg. | divi Aug. et | Ti. Caesaris Aug., | procos.  
provinc. | Narbonensis.

*Treiae in Piceno* (IX 5645 vidit Mommsen). — 1) *Praefecti fabrum senatorii ordinis nulli innotuerunt praeter hunc et N. 978.* — 2) Cf. N. 911 not. 2.

**938** P. Cornelio Dolabellae cos.<sup>1</sup> | VII viro epuloni, | sodali Titensi, | leg. pro pr. divi Augusti | et Ti. Caesaris Augusti<sup>2</sup> | civitates superioris | provinciae Hillyrici.<sup>3</sup>

*Ragusae in Dalmatia, ubi videtur fuisse Epidaurum (III 1741, partem vidit Mommsen). — 1) Consul ord. a. p. C. 40. — 2) Legatus fuit a. 44 p. Chr. et sequentibus (cf. Vell. 2, 425). — 3) Significatur provincia postea dicta Dalmatia, maritima pars Illyrici dicta a Velleio l. c., paullo ante a reliqua parte Illyrici sive provincia Pannonia seincta.*

939 [L. Apronius L. f. Caesian]us VIIvir [epulonu]m | . . . . .  
| . . . . . [Vene]ri Erucinae [d.] d.

[*A patre hic missus Libyae procon*]sule bella  
[*prospera dum pugnat, cecidit Maurus*]ius hostis.

Felicem gladium [*tibi qui patrisque dicavit*]  
Aproni effigiem, [*natus belli duce*] duxque  
5 hic idem fuit: hic i[u]sto certamine vi[ct]or,  
praetextae positae [*causa pariterque re]sumptae*,  
septemvir puer han[c, genitor quam rite r]o[g]arat,  
Caesar quam dedera[t, vestem tibi, sancta, rel]i[q]ui[t].

Divor[um] . . . . .

10      mut[ua] . . . .

filius Aproni maio[r quam nomine factis]

Gaetulas gentes q[uod dedit ipse fugae],  
effigiem cari genitor[is, diva, locavit],

Aeneadum alma paren[s, praemia iusta, tibi]

15 armaque quae gessit: scuto [per volnera fracto]  
quanta patet virtus! ens[is ab hoste rubet]